

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani**

**[S.I.], 1745**

Ex Rubrica generali

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](#)

etiam  
uldem  
oltes,  
in Fe-  
& in-  
lione  
slump-  
fetur.  
trono,  
e cum  
untur  
trans-  
quo-  
occur-  
trans-  
fuerit  
vam.  
, &  
quo-  
o, ni-  
n Al-  
titatis  
m.  
uam-  
in die  
tem:  
nrum  
hrifti.  
clesiae  
o aliis  
el Ti-  
Qui si  
dupli-  
diem  
si-

simili officio non impeditam; & de eis fiat officium semiduplex: nisi tamen sint de majoribus Festis, quia tunc de translato quoque fiet officium duplex, ac si proprio die celebraretur. Si verò in Kalendario omnes sint tanquam Festum simplex, de aliis nihil fit.

De Feriis Adventus & Quadragesimæ, quando de eis non fit officium, fit commemorat. in utrisque vesperis & laudibus cuiuscunque Festi: de quatuor Temporibus, & Feria secunda Rogationum ac vigiliis in laudibus tantum. Si verò aliqua vigilia occurrat in Adventu, quadragesima, & quatuor temporibus vel in diebus Festorum duplichum primæ classis, sive Patroni vel Tituli aut Dedicationis Ecclesiæ, de ea nihil fit, nec etiam in laudibus.

*Ex Rubrica generali  
Prioribus annotanda.*

**S**I aliquod Festum duplex occurrat &c. &c. in diebus à vigilia Pentecostes usque ad Festum Trinitatis inclusive &c. &c. transfertur in primam diem festo duplici vel semiduplici non impeditam. Tit. X. de translatione Festor. num. 1. Item Tit. IX. de commemorat. num. 3.

Si aliquod Festum duplex occurrat &c. &c. in Festo Corporis Christi, & ejus die octava, transfertur in primam diem festo duplici vel semiduplici non impeditam. Tit. X. de translat. num. 1. vid. infra Decreta fac. Rit. Congreg.

Si in vigilia occurrat Festum solemne &c. &c. nihil tunc prorsus, nec commemoratio fit de vigilia, exceptâ vigiliâ Epiphaniæ. Tit. VI. de vigil. num. 2. item Tit. IX. de commemorat. num. 4.

De Simplicibus & vigiliis in his Festis (scil. dupl. 2. class.) occurrentibus legitur 9. lectio & fit commemoratio in laudibus tantum. Tit. IX. de commemorat. num. 6.

Ta-